

DE VITA, ET LAUDIBVS  
ILLVSTRISSIMI, AC REVERENDISS.  
D. D. TORIBII ALFONSI MOGROVEII Archie-  
piscopi quondam Limani D. PETRVS DE  
VILLAGOMEZ suus ex auunculo prone-  
pos, & in Limana sede  
successor.

**T**ORIBII ALFONSI *Limani Prasulis olim*  
*Sincero calamo gesta referre paro.*  
*Græde opus aggredior; sed me vis urget amoris,*  
*Gestit & inculto currere musa pede.*  
*Nam decet hinc eius virtutum fama per orbem*  
*Prodeat, & velox cuncta per ora sonet.*  
*Rexit enim Lima sacro moderamine sedem;*  
*Cui, licet indignus, nunc ego prasideo.*  
*Etsi sim genus, & sedem sortitus eandem;*  
*Non tamen à veri tramite deficiam.*  
*Seria res poscit, carnis ne causa titillet;*  
*Poscit amor veri, poscit honoris amor.*  
*Et licet vlla mea non sit facundia lingue:*  
*Non probat eloquium, sed pia vota Deus.*  
*Omnia non poterunt narrari ex ordine gesta;*  
*Pauca, sed ex pleno margine digna loquar.*  
*Dignè equidè dicam, quæ iam sunt ante probata;*  
*Auscultate modò candida verba precor.*

*Nā gravis hęc nostras susperat provincia vires,  
Venaque cui fluitat largior, ille canat.*

*Sint satis hęc partim varijs excerpta poetis:*

*Nam minor est nostro nostra camœna viro.*